

pingentibus: Quamobrem non solum ore, rostro, capite, atque reliqua corporis figura, sed colorum etiam varietate proxime adeo ad terrestris Lacerti accedit similitudinem, ut ei simillimus, si pedes exceperis, videri possit. Ventriculum habet oblongum et satis magnum: appendices non multos: intestina mediocria: hepar bifidum, et subrubeum: Lienem subatrum. Pedali mensura majorem adhuc non vidimus. Ab hoc nostro Sauro aliquantulum diversus est, qui *in rubro mari* reperitur, quem his verbis describit Aelianus: Rubri maris Saurus (interpretes reddit Lacertum) est, cuius magnitudo ei, qui nascitur apud nos, aequalis est virgatus, spectatur, lineis nimurum aureolis circumdatur a branchiis ad caudam pertinentibus, quas media argentea distinguunt: ore est hiante, maxilla inferior eminet in superiore, virides oculos habet, quos aureo fulgore palpebrae ambiunt. Ab hac delineatione non omnino abhorret *peregrinus iste piscis*, supine subviridis, prone castaneus, lineis

sive lituris, maculisque orbicularibus subviridibus decoratus. Rictum *Athen. Di.* oris habet maximum, Lacertorum *pnoſ. l. 7.* terrestrium plane aemulum, et validissimis dentibus instructum. Branchiarum opercula flavescent, punctis referta ferrugineis. Pinna *ter. Adian. H.* goris et branchiarum, et cauda *ex. A. l. 1. c. 49.* ferrugineo rubent. Quae vero in ventre sunt, ejusdem fere cum ventre sunt coloris. In mari *vivit*, et coenosis * locis delectatur. Carne * *Oppian. vesicatur*, nec a putridis abstinet. Ari *Hal. l. 2.* stoteles inter gregales reposuit: sed cum in mari mediterraneo singuli capiantur, solivagos melius dixeris, tam raro *capiuntur*, ut vix annis singulis Romae in foro piscario bis deni capti videantur. Inter pisces molli carne praeditos Philotimus reposuit; inter mollis et durae medium, Galenus. Editur affus et *Galen. Alim.* frixus. Alexis apud Athenaeum, *facult. l. 3.* branchiis exemptis, caesis spinis, locutum atque incisum, et lasere probe pulsatum, caseo, sale, et origano implendum esse docet.

PVNCTVM IX.

De Corace Rondeletii, Milvo ejusdem, et Boopis rara specie.

TAB. XXII.

CORAX Rondeletii, Romae nomine cum Lyra communi, Capone vulgo a capitib magnitudine dicitur. Piscis est marinus, corporis forma Milvo Rondeletii similis, aculeorum pinnarumque magnitudine discrepans. *Ossa*, branchias integrentia, caelata, in aculeos desinunt. *Pinnae* quae ad branchias, minores quam in Hirundine Rondeletii, maiores quam in Milvo sunt, ex viridi nigricantes parte interiore, exteriore albescunt, cum maculis rubescientibus. *Dorsum* ex caeruleo nigricat, latera rubescunt, *Venter* lactei est coloris. *Caput* est magnum: locus inter oculos coelatus. In dorso *virgas* ex ossiculis contextas, instar Cuculi habet: in eodem pinas duas: prior est brevior, cum aculeis longioribus, acutioribusque, posterior longior, cum longe minoribus aculeis. Linea simplex a capite ad caudam ducta est.

*Aldrov. de
Piscib. l. 2.
c. 56.*

Palato minus est flavo quam Milvus. *Ventriculum* parvum habet cum multis appendicibus, *intestina* tenuia, *hepar* ex albo rubescens. Carne est, si Athenaeum sequimur, duriore: si Celsum, teneriore, dura tamen. *MILVUS* *Aldrov. de
Rondeletii*, qui Gallis *Lucerna*, quod *Piscib. l. 2.* noctu luceat, piscis est marinus corporis forma Corvo persimilis, corpare magis rubro, *capite* minus lato, utrinque compresso. *Pinnarum* numero caudaque similis, magnitudine et colore dissidens. Quantum ad *colorum* attinet, parti pinnarum quae ad branchias sunt externae, nullae maculae rubrae infunt: interna ex viridi non nigricat, sed pinnae istae partim flavescent, partim nigricant. Linea a branchiis ad caudam ducta simplex non est, neque laevis ut in corvo: sed ex acutis brevibusque aculeis horret. Non squammis, sed cute aspera contingitur. *Partibus* *internis* Mullo imberbi